

55.
61

stetit quem uos non scitis. Ipse est qui post me
uenturus est qui ante me factus est. cuius ego
non sum dignus. ut soluam eius corrigiam
calciamenti. hec in bethania facta sunt trans
iordanem. ubi erat iohannes baptizans.;

IN. NAT. S. PHILIPPI. 7 IACOBI. SEQ. SCI
NILLO TEM P. EVG. SCDM IOHANN.
Dixit ih̄s discipulis suis. Non turbetur cor
uestrum. creditis in d̄m. & in me credite. In do
mo patris mei. mansiones multe sunt. Si quo
minus dixissem uobis. quia uado parare uobis
locum. Et si abiero & preparauero uobis locū.
iterum uenio & accipiam uos ad me ipsum. ut
ubi sum ego. & uos sitis. Et quo ego uado scitis.
& uiam scitis. Dicit ei thomas. Dñe. nescimus
quo uadis. et quomodo possumus uiam scire.
Dicit ei ih̄s. Ego sum uia. & ueritas et uita.